



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XXII. Die Ivnii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

XXII. DIE IVNII.

CLAVDIVS VOLEY
COADIUT.ANDREAS SAA
SCHOLASTICUS.Belga Cam-
berij. 22.
Iunij 1670.
ætat. 65.
Soc. 36.

Mortuus

Spei.

Crucif.

Mort.

DE hoc annuæ, ac pretiosæ meæ occupationes ita habent. Claudio Voley Coadiutori Camberij inclinante iam vitâ adfuit magna dæmonum caterua truci, horrendoque aspectu. vt ad S. quondam Antonium, Leonem, Vrforum, Taurorum, draconumque portentosis formis, ægrum territura; quibus voces congruæ respondebant ad deturbandam de spei arce Claudium. At ille inter pugnam cælites auxiliare accersere coniunctisque viribus dæmonis conatus retundere. Cum autem se ab illo metu tantillum reuocasset, spectandum se obtulit athletæ suo cælestis agonotheta veluti clavis cruci affixus; & illum sermone dignatus, pauentem erexit, pollicitusque est ad extremas vitæ metas (ne diffideret) affuturum.

Ipsè apertè significauit (vt habent annuæ instare sibi exitum vitæ, eaque propter, vt eam etiam ex obedientiæ legibus liceret finire, à suo Rectore postulauit cum Patre Roderico in cælum abeundi comeatum. Patris Roderici vulgatâ morte, adscito valetudinarii præfecto in suum iam moribundi funus solemnia, quæ sunt præparanda denunciavit, arcessendumque Collegij præsidem vti eius bonâ veniâ è viuis migraret, tum nemini dubium fuit quin sui decessus è cælo certos nuncios accepisset. Mox Pater Rector adfuit; à quo suæ missionis impetrato comeatu Andreas sumpto in manus sacro ardente cereo cum venerationis amorisque plenissima oscula sæpius in Crucifixi plagis defixisset, subitò deficiente cum viribus voce, concitatioresque anhelitum, qua per moræ impatientiam vrgente animo, cæli, Deique cupido, vinculis mortalitatis breuissimè placidissimeque absolutus est.

Lustratus
Conimbricæ
Iunio. 1671.
ætat. 57.
Soc. 7.

Mort.

XXIII. DIE IVNII.

IOSEPHVS MARTI-
NIUS SCHOL.Italus Parmæ. 1578.
23. Iunij
ætat. 21.
Soc. 4.

Ilustri genere, ingenio, & virtute, in quo ne quidem tyrones ipsi, quantumuis attenti, & sagaces. quicquid quod displiceret repererint. Lingua illi mirum in modum ad omnem

trutinam accurata, ne quid effunderet. Futuro suo Rectori scribens, rogauit, ab illo instar deliri tractari, & assidue affigi, ac exerceri. Ad eò, innocens, vt per extremos 13. menses nil vnquam egerit vt fertur, quod vel veniale peccatum iudicaretur. Obedientia illius cæca dicitur etiam nescio quo miraculo honorata. Sub mortem

Mortif.